

Disciplina scholarium

37

In ipsis amaritudo requiritur. hoc modo mare per diuersa loca transiens amaritudinē recipere potest. Preterea cum mare sit valde latum et diffusum virtute caloris solis dulcior et subtilior pars aquarū marinarū ab ipsis attrahi potest. Et sic grossiores relinquunt. que cum faciliter euaporari non possunt calore solis aduruntur. quam adustionē amaritudo sequitur ¶ Tunc ibi Que natura pennatorū etc.

¶ Que natura pennatorū estiuum in hyeme deficientiū et conuersim ¶ Quid grandinis rotunditas

¶ Quid niuis prolixitas ¶ Ne-

est habile. et ideo recedendo et redeundo motu illo se nituntur conseruare. Sunt enim quedā pennata tam modici caloris naturalis et propter frigus hyemale in locis frigidis sustentari non possunt. Et ideo hyemē adueniente quedam eorum ad calidas regiones mundi transuolāt. vt videmus in cyconijs. Quedam loca paludiosa petunt. vt hyrundines. Quedam etiā plumis cadentibus in aliqua cauernula terre vel in arboze concaua in suis plumis se recipiunt vsq; ad tempus vernale. Et tunc calore veris redeunte fortificatur eorū calor naturalis. qui procreat in corpore plumas iterato. et sic reuiuiscunt ad nos redeutes. vt cuculus

¶ Tunc ibi Quid grandinis rotunditas ¶ Sexta questio quesitū quid est grandinis rotunditas. ¶ Ubi notandum est. qd vt dicit Aristoteles grando est impressio generata ex vapore humido et frigido a frigore fugato. et ab interioribus nubis propter dominium calidi circumstantis. Generatur autē in nubibus a terra longinquis. Et ideo causa generationis eius est vapor frigidus et humidus in concauitate nubis receptus. qui ex frigiditate aeris condensatur. Nam partes humide et frigide fugientes calorem aeris se recipiunt in interioribus nubis. et ibi inuenientes vapores partes eius aggregant. et in substantiā grandinis congelant. Unde vehemens calor estiuus grandinis generationē impedit. quia dissoluēdo vaporem eius partes aggregatas pariter non admittit. Similiter nimum frigus in hyeme. quia tunc non est caliditas in aere. quā fugiens frigus se recipit intra nubem. Grando autē parua et rotunda descendit ex superioribus locis. vt dicit Aristoteles. Causatur autē paruitas et rotunditas ex mora eius in aere ex longo tempore. Unde ex conuolutione diuturna rotundatur. et calore aeris partes eius aquee resoluuntur et minorant. Sed in grandine in locis vicinis terre generata accidit contrariū ex causa contraria ¶ Tunc ibi Quid niuis prolixitas ¶ Septima questio querebat. propter quid est niuis prolixitas. ¶ Ubi notandum est. qd nix est impressio ex vapore frigido et humido generata. et in infima parte mediū interstitij

¶ i